



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 7. Protestantium Hungarorum rebellio contra Cæsarem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. *statum reverterentur, in quo nec ulla con-*
A. C. 1675. *ditionum inæqualitas, nec bonorum divi-*
sio existeret.

IX. Quolibet opere libero meremur, vel æternam felicitatem, vel æternum supplicium, cum quolibet voluntatis nostræ actu vel ad beatitudinem vel ad miseriam properemus.

X. In statu criminis omnes affectus vitiosi sunt & mali.

XI. Passiones hominis vitiosæ sunt tum ex parte objectorum, quoniam commoventur a rebus, quas spectare deceret sine ullo motu, tum ex seipsis, quia rationi non subduntur.

§. VII.

Protestantium Hungarorum rebellio contra Cæsarem.

Hist. Chron. Interim Prædicantes in Hungaria, qui
cont. p. 198. adhuc ob pertinacem suam rebellio-
Theatr. Eu- nem aliaque crimina capti detineban-
rop. t. II. tur, non modo Cæsarem, sed & ex-
Wagner teros Principes religionis affinitate sibi
hist. Leop. junctos præcipue Saxonix Electorem
t. 4. p. 341. summis precibus exorabant, ut eis li-
 berum suæ sectæ exercitium, simulque
 pristinam libertatem reddi curarent:
 annuit eorum votis clementissimus Im-
 perator, ea tamen lege, ut se deinceps
 a seditiosis machinationibus, & ul-
 ciscen-

Sæc. XVII
A. C. 1675

ciscendi animo alienos fore pollicerentur, circa sectæ vero libertatem, gratiam anno priori ipsis die vigesima tertia Februarii indultam non excederent: Hac tamen Cæsaris clementia nondum edomita est ferocia seditiosorum Protestantium, qui denuo Turcaram Imperatorem sollicitarunt, ut Oratorem ad Cæsarem decerneret, eumque ad liberam hæresis professionem singulis concedendam inflecteret, ipsi vero interim jactato Religionistuendæ obtentu, quo omnes Sectarii suas rebelliones honestare consueverunt, collectis aliquot millibus urbes arcesque Cæsari fidas qua vi, qua deditione occuparunt, atque excarnificatis dirum in modum Catholicis, ductore Emerico Tökeliio Comite omnem late regionem latrociniiis, & cædibus, atque incendiis devastarunt. Movit in perduelles Coppus Cæsareus Bellidux, eosque prope Leutsoviam affecutus, cæsis octingentis, ceteros in effusam fugam conjecit, Sparrius quoque rebelles Arvæ fudit, fugavitque, & captos promeritis suæ perfidiæ pœnis affici jussit: nec tamen reliqui propterea resipuere, sed prope Onodinum conglobati ter mille, direptis pluribus pagis Palsii legionem ferme integram trucidarunt, & Bargotsum Comitem, qui eos Cæsari reconciliare

Sæc. XVII ciliare nitebatur, lethali vulnere affi-
A. C. 1675. cientes, demum Janissarorum præsidio
 tuti cum multis Calvinistarum familiis
 sese in Turcicum agrum recepere: Pau-
 lopost Strasoldus Comes Tökeli agmen
 strenue Zatmarinum usque insecutus,
 seditiosos ad prælii necessitatem ade-
 git, eosque ingenti clade oppressit, ac
 cæsis eorum octingentis, captisque qua-
 draginta militaribus signis, multam
 armentorum copiam eis eripuit: ipse
 met quoque Tökelius ægre præcipiti
 fuga sibi consulere poterat, in fronte
 vulneratus, ut ex infamiæ cauterio
 ejus præfractæ fronti inusto hujus Viri
 perfidia cunctis conspicua fieret,

§. VIII.

*Vario Marte a Cæsareis, Gallisque
 ubique pugnatum.*

Postquam Turrenius Franciæ Mare-
 scallus nupera expeditione detritas
 exercitus sui vires reparaverat, primo
 hujus anni Vere Cæsareis Alsatia pul-
 sis, ipse met Rex Ludovicus in Belgium
 irrupit, & captis, incensisque pluri-
 bus oppidis victor in Gallias ad sedan-
 dos intestinos motus rediit, totius ex-
 peditionis ad Rhenum cura Turrenio
 relicta: Hic igitur trajecto Rheno Aco-
 heram oppidum insidet, ut eo facilius
 castra